



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica**

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam  
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui  
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum  
dierum Quadragesimæ

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066405**

4. Considerando Quid sit Passus Christus in Anima, ejusque potentiis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45427**

imposita est; & cùm maximè veritatem fatere-  
 tur, tam blasphemus, ac ob id reus mortis, à toto  
 concilio, & summo Pontifice proclamatus est.  
 Potentia in impotentiam, Vita in mortem, Sa-  
 pientia in stultitiam, Sanctitas & bonitas in mali-  
 tiam & impietatem, Misericordia in latrocinium  
 & latronum principatum, Existentia in occisio-  
 nem, & deletionem nominis ejus deterra ab ini-  
 micis ejus conversa & traducta est. Ex Beato  
 miserrimus, ex Glorioso abjectissimus, ex Do-  
 mino omnis creaturæ, mancipiorum manci-  
 pium, præda carnificum, pabulum denique vo-  
 lucrum rapacium in cruce factus est. Hæc, si-  
 miliaque expendens, qui meditatur, advertat  
 quantum Dei Filius exinaniverit se in Passione  
 propter nos, quàm absconditus fuerit vultus  
 Deitatis ejus: quantum debeat annihilare se, &  
 exinanire propter amorem honoremque DEI,  
 homo, utique nihil & nihilum, & vermis, & vili-  
 tas ipsa; quàm inter se longè differant Deus &  
 Homo. Deus humilis, & homo superbus, Deus  
 contemptus, & homo contemnens, quid par sit,  
 retribuere hominem Deo pro omnibus istis, quæ  
 Deus subiit propter hominem?

#### MODUS IV.

**Q**uartus Passionem Dominicam meditandi  
 modus est. Accepta Christi Animâ, ejus-  
 que singulis potentiis, tam superioris, quam in-  
 ferioris partis, quid in unaquaque earum, passus  
 sit, considerare. Animæ Potentiæ sunt, Intelle-  
 ctus, Voluntas, Memoria, Judicium, deinde,  
 Imaginativa seu Phantasia & Cogitativa, Passio-  
 nes sive affectus Animæ sentientis, tum ipsa sen-  
 sitiva

sitiva facultas, loco motiva etiam, nutritiva  
 aliæque similes. Expendatur ergo, quid passi-  
 sit aut patiatur Christus in Intellectu Sapien-  
 tissimo, & omni cognitione pleno? Quid in Sa-  
 pientissima justissimaque, ac Dei voluntati sub-  
 ditissima Voluntate? Quid in Memoria, cui  
 primo instanti conceptionis, & maxime Passio-  
 nis, semper erant presentissima omnia mala  
 toleranda, & tolerata, cum omni eorum enormi-  
 tate. Judicabat & discernebat omnes rationum  
 exaggerationes, excellentiasque poenarum su-  
 rum, & affectuum etiam studiorumque, quibus  
 hostes sui omnes ferebantur ad se affligendu-  
 m.

*Hier. II. 18.* Unde dicebat Dominus per Prophetam. *Dom-*  
*Sc. 18. 23.* *tu ostendisti mihi studia eorum adversum me in*  
*mentem.* Imaginativa etiam Christi, afflicta est eni-  
 miter cogitatione presentissimâ & vivacissimâ  
 furentium in se hostium: quidquid per sensus  
 externos percepit, totum hoc etiam in inter-  
 ribus cognovit atque pertulit. Certè in hoc  
 adhuc antequam ad ipsam rem tormenta sua  
 nissent, ex sola eorum imaginaria apprehensio-  
 illico cepit pavere, tædere, contristari, & mor-  
 stus esse usque ad mortem: agonizavit etiam  
 sanguineum sudorem, toto corpore fudit. Quod  
 que hæc Imaginativæ vehementia, passionum  
 ve æstus, per totam passionem reliquam ce-  
 vit vel ad momentum, usque dum exspiraret  
 Cruce, immo ex presentia objectorum, re-  
 scilicet præceptorum cruciatuum, crevit quod  
 maxime: adeo ut toto Passionis tempore pot-  
 rit, immò debuerit connaturaliter sanguine  
 sudare, si non alia fuisset Christi de seipso  
 spositio. Extanta quoque sanguinis, tum in

dore, tum in flagellatione, tum in aliis occasio-  
 nibus effusione, nec non ex atrocissima inima-  
 nium dolorum intensione, extensione, ac varie-  
 tate, vehementer impedita fuit in Christo, vis  
 nutritiva, inedia, & siti, & fatigatione multipli-  
 ci accedente. Vincula etiam, carceres, violen-  
 tissimæ tractiones, & raptationes, alligationes  
 ad columnam, tum crucifixio ad crucis trabem,  
 summam sanè violentiam libertati Christi, tam  
 internæ quàm externæ, quoad locum, & mo-  
 tum, & situm, intulere. Denique quidquid sen-  
 sit Christus in corpore, id totum sensit prius, &  
 magis in anima: tum quia Anima est sola quæ  
 dat sensum toti corpori, in omni perceptione,  
 & sensatione; tum quia Anima non sinebat in  
 corpore Christi sensus obtundi, sed eos in suo  
 vigore conservabat, totamque corporis tempe-  
 riem per totum Passionis tempus imperturba-  
 tam retinebat: ex quo acrimonia accrescebat, &  
 corpori quidem, sed magis ipsi Animæ.

Hæc omnia competenter meditationi subje-  
 cta plurimos in meditatores affectus, super Chri-  
 sti Animam excitabunt, plurimas doctrinas, qua-  
 liter Anima ejus, ad instar Animæ Christi sese de-  
 beat in omni occasione, & præsertim in adver-  
 sitate gerere ostendent.

## MODUS V.

**Q**uintus Passionem Dominicam meditandi  
 modus est. Assumere Corpus Christi, ex-  
 ternamque & sensibus subjectam substantiam  
 ejus; & recogitare quid in toto corpore, quid-  
 ve in omnibus, & singulis ejus partibus mem-  
 brisque, sit passus Dominus JESUS. De eo illud

V. P. Druzb. Op. VIII.

C

veris-